Diſcipulus debꝫ eſſe beniuolus: docilis et attentus. docilis ingenio: attentꝰ exercitio: beniuolus in aīo. attentus ad audiendū: docilis ad intelligendū: beniuolus ad recipiendum

Scolaris non debet eſſe diſcolus.

Diſcolꝰ eſt ille q̇ currit ꝑ vicos ⁊ plateas ⁊ meretricū cellulas ꝑ publica ſpectacula: ꝑ pompas coreas ⁊ ſimilia

Diſcipulus non ſit magiſtro violentus. non eſt dignus ſcientia qui ſcientie inſurgit preceptori

A luxuria ſtudeat ſe diſcipulus alienare.

Meretrix eſt nonaria inferni ianua: via iniquitatis: ſcorpionis ꝑcuſſio: fiſcarium ſceleris: putei introitus

Vinū modice ſumptū acuit ingeniū. ſed nō modice ſumptuꝫ rōnem ꝑturbat: intellectū ebetat: memoriam ꝯfundit: obliuionem parat: errorem infundit: ignorantiam producit

Quid eſt ꝯſtantia lucidius: quid inconſtantia nequius

Felicis diſcipuli diſcretio magiſtratui gaudeat ſubijci: eumqꝫ metuendo diligat fideliſqꝫ exiſtat.

Ve ſeducēti mācipio in quo plenaria ꝯfidit dn̄antꝭ dilectio.

Inuidia ſi ſcḋm q̇d euenerit ſcꝫ in diſcendo: gratuita ē ſi ſimpliciter ipſa q̇dem proprij autoris eſt ꝯſumptiua.

Non eſt dignus dulcoris acumine qui amaritudinis nequit infiſcari grauamini

Licet a multis deſtituatur laboris retributio: tn̄ ab aliquo ꝓmerebitur fauoris adeptio

Miſerrimi q̇ppe eſt ingenij vti inuentis ⁊ non inueniendis.

Alios docere eſt proprie facultatis induſtria

Oportet ꝙ aliquis prius diſcat q̃ꝫ doceat

Rerum affectus operis exhibitiōe declarat

O q̃ꝫ felicis exitus veneranda eſt ꝯmendatio

Nulla ſiquidem res diſcipulo magis pernitioſa q̃ꝫ vita magiſtri contumelioſa

Oportunius eſſet mechanice arti deſeruire q̃ꝫ negligentie iugo onerari.

Sicut in vnoquoqꝫ opere mater eſſe inuenitur ꝯſtantia. ita vniuerſe doctrine nouerca eſt diligentia.

¶ Sequuntur autoritates platonis in thimeo

Platonis vt ait helinandus conſuetudo fuit libros ſuos inti
tulare nominibus magiſtrorum ſuorum: vel eorum qui magi
ſtros ſuos docuerunt propter maiorem autoritatem. quod ⁊
magiſter walterus burley anglicus confirmauit. Fuit autē
plato ciuis atheniēſis: magiſter ariſtotelis: et auditor ſocra=
tis: natus tempore darij regis perſarum: patre ariſton de ge
nere neptuni. matre parcion de genere ſapientiſſimi ſalomo=
nis. Obijt autē anno etatis ſue. lxxxi. natalis ſui die ſꝫm ſene
cam in epiſtolis

In omnibus ſiue in maximis ſiue in minimis diuinum
auxilium debet implorari.
Nihil eſt ortū ſub ſole cui' cā legitima nō preceſſerit
In omni tractatu fieri debet vt inter initia cōſideretur quid
ſit illud de quo agitur
Operi ſuo dat opifex formam
Mundus a deo factus eſt
Deus autor maximus eſt
Optim' eſt mūdi autor ⁊ ab optimo longe inuidia relegata ē
Bonitas dei fuit cā factionis mūdi ⁊ originis omniū rerum
Unus eſt tm̄ mundus.
Non decet rem eſſe antiquiorem a primo genitore rege
Tempora maxime diſtinguūtur per motum ſolis.
O dij deoꝝ quorum opifex id eſt pater ego ſum. dij deoꝝ vo
cantur intelligentie ⁊ corpora celeſtia natura ſolubilia: ſꝫ dei
voluntate perpetua
Ad hoc anima eſt ꝯiuncta corpori vt fenore ſcīas ⁊ virtutes
ſi autem cum magno fenore veniet benigne recipiet a ſuo cre=
atore. ſi autem non relegabitur ad infernum.
Propter hoc enim nobis datus eſt ſermo vt preſto nobis fi=
ant mutue voluntatis indicia
Deus eſt ſummum bonum ſuper omnem ſubſtantiam omnē
qꝫ naturam quem cūcta expetunt cū ipſe ſit plene perfectus ⁊
nullius ſocietatis indigens.

¶ Sequuntur autoritates apulei affricani platonici lingua
latina doctiſſimi qui ſuccedens platoni floruit athenis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf